Forma Iuramenti

Ego Joannes Scierski Abbas Monrij scti Norberti Hebdowien Premonstraten Ordinis Cracovien dioc ab hac hora inan-
tea fidelis et obediens ero Beato Petro sctaeq aplicae Roman ecclie et Dno nro Dno Clementi pp x eiusq successoribus
canonice intrantibus Non ero in Consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur mala
captione aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniuriae aliquae inferantur quovis quesito colore Con-
silium vero quod mihi credituri sunt per se aut Nuncios seu lras ad eorum damnum me sciente nemini pandam Papa-
tum Roman et Regalia scti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem Legatum
aplicae sedis eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo Jura honores privilegia et
auctoritatem Roman ecclie Dni nri pp et successorum praedictorum conservare defendere augere ac promovere curabo Nec
ero in Consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum Dnum nrum vel eandem Roman ecclesiam aliqua sinistra
vel praeiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur et si talia a quibuscumque tractari novero vel
procurari impediam hoc pro posse meo et quanto citius potero commode significabo eidem Dno nro vel alteri per quem
ad ipsius notitiam poterit pervenire Regulas sanctorum Patrum decreta ordinationes sententias provisiones dis-
positiones reservationes et mandata aplica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari Haereticos Schis-
maticos et Rebelles Dno nro et Successoribus praedictis pro posse persequar et impugnabo Vocatus ad Synodum veniam
nisi praepeditus fuero canonica praepeditione Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque
donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Conventus Monrij
mei inconsulto Roman Pontifice Et Constitutionem super prohibitione Investiturarum bonorum Jurisdictiona-
lium ad Ecclesias inferiores spectantium de Anno dni Millesimo sexcentesimo Vigesimo quinto editam servabo
Sic me Deus adiuvet et haec sancta dei Evangelia

Skretarsky
J. Gasparinus pro Comp.

D. f. Broliardus

1625

Forma Iuramenti prop[illegible]ta à Clemente X. Pont. Rom. Joanni Scierski Nro abbati [illegible]vienz Anno 1672.

50.

Forma Iuramenti

[illegible] praes.



13